



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

21. Aprilis. Ama etiam perditissimos: ama residuam in iis Christi fidem, si,  
& hac cærent, ama virtutes, quibus destituuntur: ama sanctam, quam  
gerunt, imaginem; ama Christi sanguinem, quo redemptos ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Sol oculis eripi potest , sed non Deus : amanti ubique videtur. Etiam cùm dormit amans, ejus cor vigilat , & illic assistit præsens, ubi amat , nulla intervalla spatii, tenebræ nullæ aut obices iter hoc possunt impedire. Ubi thesaurus tuus , ibi & cor tuum.

Cujus oculi colore aliquo suffusi sunt, idem color semper oculis obversatur, quidquid demum aspiciat; ita qui Deum solum amat, solum novit, ille solum ubique invenit, ubique videt.

21. Aprilis.

*Ama etiam perditissimos : ama residuam in iis Christi fidem , si , & hac carent, ama virtutes, quibus destituuntur : ama sanctam, quam gerunt, imaginem; ama Christi sanguinem, quo redemptos credis. S. Ignat. apud Bart. n. 20.*

**O**Mnes quidem, scelerati tamen maxime, tenerâ sunt fovendi charitate: hæc enim unica restat via , quâ meliorem ad vitam revocentur. Non respiscunt, nisi amati.

Facilior animi, quàm corporis morborum est medicina : illi amore trahuntur, & ma-

manum medicam, si amica sit, admittunt  
 Quàm beati forent Medici, si amando  
 gros curare possent!

Mira, vera tamen res! ad aliorum odium,  
 & nostri amorem pronissimi, ad aliorum  
 rum verò amorem & odium nostri diffi-  
 cillimi sumus! naturam nempe cecidimus,  
 quimus, non expendimus rationes.

Inhumani prorsus in homines sumus  
 subitò odium subit animum, importunum  
 manet, lentè, aut vix exit, magnâ vi even-  
 est opus: fortissimas radices agit. Absit  
 maligna pestis charitatis.

## 22. Aprilis.

*Mundi contemptum Christi causâ profectum  
 patriam in mundo habet nullam, quæ  
 agnoscat pro sua. S. Ignat. vitæ, l. 1. n. 7.*

**M**ens nata cælo libera est, nulli  
 gitur patriæ. Vel totus illi orbis  
 tria est, vel totus exilium, Particulari  
 etu, velut vinculis, non sustinet alligari  
 Omnibus altior.

Trunci ad eò tenaciter terræ, in qua  
 ti sunt, adhærent, ut avelli, nisi vi, non possunt  
 sint. Sed & tunc non sine terræ hinc  
 quasi ore aperto, in querelas effunduntur